Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et per quē omnia. qui multos filios in
gloriam adduxerat. auctorem salutis
eorum per passionem consūmare. Item alibi.
Xpūs semel pro peccatis mortuus est iustus
pro iniustis. ut nos offerret deo. mortifi
catos quidem carne. uiuificatos autē
spū. Item Si confitearis dnm ihm in
ore tuo. et in corde tuo credideris quod deus
suscitauit illum a mortuis. saluus eris.
De quo propheta Ipse aūt uulneratus ē
propter iniquitates nostras. attritus est propter
scelera nostra Idem Et dñs posuit in eo
iniquitates omnium nostrum. Introduca
mus dauid. de quo scriptura. Inueni da
uid filium yesse uirum secundum cor meū.
Magnus iste. ut ante subtilitatem
diuini examinis nichil ei auferat. nich
il addatur. sed sit secundum cor diuine perfec
tionis. Sed ihus maior est. Dixit enim
m dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum
et in peccatis concepit me mater mea Ad
matrem aūt ihu interrogantem quomodo
fiet istud. quoniam uirum non cognosco. An
gelus ait Spūs sanctus superueniet in te.
et uirtus altissimi obumbrabit tibi.
De illo dicitur Iuraui dauid seruo meo.
usque in eternum preparabo semen tuū. et
edificabo in generatione et generatione
sedem tuam. De ihu dicitur Erūt reges
nutricij tui. et regine nutrices tue. uul
tu in terram dimisso adorabunt te. et
puluerem pedum tuorum lingent. Et item.
Gens enim et regnum quod non seruierit te
peribit. Et in psalmo Postula a me et
dabo tibi g. h. t. et p. t. t. tre. Reges
eos in uirga ferrea. et tamquam uas figuli
confringes eos. Et alibi Thronus tuus
deus in seculum seculi. uirga equitatis uirga regni tui.

De exercitu uero ihu scribitur Et uocabūtur
in ea fortes iusticie. plantatio dni ad
glorificandū Et sapiā fortitudo et decor
indumentū eius. Unde ysaie ix Leta
buntur coram te sicut qui letantur in messe
sicut exultant uictores capta preda quan
do diuidunt spolia Salomon filius eius
qui sapiencia et dignitate supergressus ē
omnes reges. qui fuerūt ante se. uideamus
an non cat pre fulgore in conspectu ful
goris ihu. De illo refert scriptura. quia
in diebus eius pax habundauit in israel.
de ihu propheta. quam pulchri inquit supra
montes pedes annunciantis et predicantis
pacem. ānunciantis bonū. predicantis salu
tem. dicentis syon. regnabit deus tuus.
Et ut omnem magnificenciā eius depri
mamus. audiamus in euangelio lo
quentem Regina austri surget in iu
dicio cū generatione hac. quia uenit a fi
nibus terre audire sapiam salomonis.
Et ecce plus quam salomon hic. Natus in
diuisorio. positus in presepio. ecce quid dixit.
Ecce plus quam salomon hic. Helias in tur
bine raptus in celū. dignitatis sue m
agna prefert indicia Conferamus et hunc
Oracione sua celum clausit ne plueret
annis tribus. et mensibus sex — De
ihu scriptum est Qui ligat aquas in nu
bibus. ne erumpant pariter deorsū Et
iterū Si continuerit aquas. omnia
siccabuntur. si emiserit eas. subuertent
terram Et rursus Qui pluit super iu
stos et iniustos. Helias in sarepta mis
sus ad uiduam. hec inquit ait dns. hi
dria farine non deficiet. nec lechitus
olei minuetur. usque in diem qua daturus
est dns pluuiam super faciem tre. sed si
ad v milia v panibus et duobus piscibus
saturata. et ad fragmenta xii cophinorū